Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



adducere dogmata uertantur. Sic et hi qui ambulant si a
recto tramite declinent quod certis lineis et manifesto
calle concludatur spacia multa et uaga accedunt. Ita ergo
his qui excesserit de uia que ducit ad regnum celorum multa
latitudine erroris incurrit. Et quod ad ditionem pueniatur.

Quomodo angusta porta et arta uia est.
que ducit ad uitam.

Et hic simulque angustum et artum hoc indicat quia uia
hec id est uita nostra angusta et arta est eo quod stat
in tribulationibus. constringimur enim extra quo parte
nos qui ire agimus ne prorsus in aliud aliquod decline
mus periculum. nec enim in neutram libet parte declinare.
sic in rigui pontis transitu extra quo parte eum qui pon
tem declinauerit. concitus fluminis unda rapiat et au
ferat. Preterea et scriptum est. Ne declinaueris in dexterum
nec in sinistrum. et dauid ait. Iuxta semitam scandalum
posuerunt michi.

Auaricia usque ad quem modum diffinitur.

Si transgressus quis fuerit modum legis statutum
quod designatur secundum quidem uetus testamentum
in eos qui plus se diligunt. qui ut plus in pecunia inne
cessariis de se sit sollicitus quam de proximo. Scriptum est
enim. Diligies proximum tuum sicut te ipsum. Secundum euange
lium et. Si quis plus sollicitus sit quam de presente die sui
uidelicet causa ut corporis. iste sine dubio audit.
Stulte hac nocte repetunt animam tuam abste que preparas
cuius erunt. his omnibus addit dominus dicens.
Ita erit et his qui sibi thesaurizat. non est ido diues.